

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Querere Deum c
cum fonte primo

Si homo ita creatus est ut per id
quod in eo precellit, attingit illud quod
cuncta precellit, id est unum uerum
optimum sine quo nulla natura
subsistit, nulla doctrina instruit, nullus
usus expedit. Ipse queratur ubi
nobis secreta sunt omnia; ipse cernatur
ubi nobis omnia certa sunt; ipse
diligatur ubi nobis recta sunt omnia.

Augustinus de ciuitate Dei.

Si enim homo ita creatus est, ut per id,
quod in eo precellit, attingat illud, quod
cuncta precellit, id est unum uerum
optimum Deum, sine quo nulla natura
subsistit, nulla doctrina instruit, nullus
usus expedit: ipse quaeratur, ubi
nobis secreta sunt omnia; ipse cernatur,
ubi nobis omnia certa sunt; ipse
diligatur, ubi nobis recta sunt omnia.

Augustinus Hipponensis, *De ciuitate
Dei*, 8, 4 (CCSL 47, B. Dombart ed.,
pp.220-1, ll.56-62).